

Theses Medico-Inaugurales

Buetzovii: Ex Officina Fritziana, [1778]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn882191292>

Druck Freier  Zugang



Universität Bützow
Med. Fak. 1778
Detharding/Boesche

Bützow 027

THESES
MEDICO-INAUGURALES

QUAS

CONSENSU GRATIOSAE FACULTATIS MEDICAE

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA BUETZOVII

PRAESIDE

Dno. GEORG. CHRISTOPHORO
DETHARDINGIO

FACULT. MED. SENIORE ET SERENISS. DUC. MEGAPOL.

CONSILIARIO AULICO

PRO

SUMMIS IN ARTE SALUTARI HONORIBUS
ET PRIVILEGIIS LEGITIME ADEUNDIS


DIE III. JUL. ANNO MDCCLXXVIII.

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI

SUBMITTIT

FRANCISCUS JOANNES BOESCHE

LUCHOVIA-CELLENSIS.



BUETZOVII

EX OFFICINA FRITZIANA.

78

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to contain several lines of Latin or German script. Some legible fragments include "CHRISTOPHORO" and "LITURGIA".



Theſis I.

Finis Medicinæ eſt, ſanitatẽ præſentẽ conſervare, amiſſam reſtaurare, & ad evthanafiam facere.

Theſis II.

Diviſio ætatum hominis in quatuor periodos, i. e. in periodum impubertatis, pubertatis, ætatis virilis & ſenilis a Medico præ omnibus aliis diviſionibus eligenda & ſervanda eſt.

Theſis III.

Septenario numero non omnis vis in mutationibus corporis humani deneganda eſt, quamvis ſola ſit experientia, quæ hoc velit, tacente ratione.

Theſis IV.

Cor nec primum eſt vivens, nec ultimum moriens, niſi ſolum ad ſenſum.

Theſis V.

Incerta ſunt & ſuperſtitioni proxima, quæ de annis climactericis medici tradunt.

Theſis VI.

Vita & motus pari paſſu ambulant, hinc, quæ motum in corpore tollunt, inſtar veneni habenda.

Theſis VII.

Remiſſio toni fibrarum muſculoſarum ſub ſomno prævalenti tribuendum eſt, quod homines, quo magis ſomno ſe tradunt, magis ad motum localem ſiant tardiores.

Theſis VIII.

Qui, non habita ſanitatſ ratione, nimium ſtudiis inhærent, ſimiles ſunt viatori primo die nimium feſtinanti, poſterioribus vero hinc decumbenti.

Theſis IX.

Datur Anaſtheſia naturalis & ordinaria ſub quovis ſomno.

Theſis X.

A corporis ſtructura & ſanguinis qualitate Temperamenta & morés dependent.

Theſis XI.

An nævorum maternorum cauſa ab imaginatione matris gravidæ derivanda, adhuc inter problemata collocandum.

Theſis XII.

Cauſa mortis naturalis ex principiis phyſicis demonſtrari non poteſt.

Theſis XIII.

Somnum poſt paſtum a Ventriculo diſtento Aortam comprimente oriri veriſimile non eſt.

Theſis XIV.

Alimentorum varietas minus nocet, quam horum copia.

Theſis XV.

Et animus & corpus eſt ſubjectum medicinæ, & moralitas ac motus animi dependent maximam partem a ſanguinis circulo.

Theſis XVI.

Diagnofis morborum & bona methodus medendi eſt ſummum in Medicina arcanum.

Theſis XVII.

Eſt aliquid in Medicina præctica, quod nec dici, nec ſcribi poteſt, ſcilicet applicatio ad individua.

Theſis

Theſis XVIII.

Non ex uno vel altero, ſed pluribus demum ſignis undecun-
que petitis & collectivè ſumtis Medicus aliquid certi de eventu
morborum prædicere poteſt & debet.

Theſis XIX.

In rebus abſtruſis & latentibus morborum cauſis, Medicum
magis decet ſuam ignorantiam profiteri, quam ſub ſcientiæ præ-
textu mendacia proferre.

Theſis XX.

Supputatio dierum criticorum non dependet a Luna, & an
Medicus ſub curatione morborum, & ventilatione ſanguinis lunæ
phaſes obſervare debeat, merito dubitandum.

Theſis XXI.

Ad praxin medicam ſpectat partim prognofis de lethali even-
tu, partim prudens circa inevitabilem exitum abſtinentia a medica-
mentis mortem vel retardantibus, vel accelerantibus.

Theſis XXII.

Medicus plus circa motus, quam correctionem materiæ
operari debet.

Theſis XXIII.

Medicina univerſalis phantafia eſt nequitia, avaritia, vel
ignorantia.

Theſis XXIV.

Optima tamen medicina univerſalis eſt ſobria & moderata
victæ ratio.

Theſis XXV.

Venæſectio quantitatem ſanguis & curat & auget.

Theſis XXVI.

In puero vel bimulo vel trimulo ſanguinis mittendi indica-
tio eſſe poteſt.

Theſis XXVII.

In hæmorrhagiis etiam magnis phlebotomia nonnunquam conducit.

Theſis XXVIII.

Præſtat pariori victu & motu corporis adaucto ſanguinis quantitatem imminuere, quam venæſectione, niſi periculum ſit in mora.

Theſis XXIX.

Sub Venæſectione ſelectus venarum interdum magni eſt momenti.

Theſis XXX.

Fonticuli non ſunt, ſecundum HELMONTIUM, ægrotorum tormentum.

Theſis XXXI.

Eadem dicenda de Purgantibus, Enematibus, Julapiis, Cardiacis, quæ Abraham, a GEHEMA cum Venæſectionibus rejecit.

Theſis XXXII.

Medicamenta Galenica plus valent in morbis acutis, chymica in chronicis.

Theſis XXXIII.

Non dantur limites certi inter corpora trium regnorum.

Theſis XXXIV.

Medicamenta pretioſiora & viliora eundem in morbis effectum præſtare poſſunt.

Theſis XXXV.

Non dantur limites certi inter medicamenta & venena.

Theſis

Thesis XXXVI.

Electricitas saluberrimo cum effectu permultis in morbis adhiberi potest.

Thesis XXXVII.

Febris Quartana non est Medicorum scandalum.

Thesis XXXVIII.

Cura febrium intermittantium tempestiva & rite suscepta non est periculosa.

Thesis XXXIX.

Luis venereæ completæ & perfectæ curationis non dantur signa fida.

Thesis XL.

Nomina scorbuti vel febrium scorbuticarum sæpe ad asyla ignorantæ Medicorum referenda.

Thesis XLI.

Radix Indica Lopezianna præstantissimum est Medicamentum in alvi profluviis colliqvativis.

Thesis XLII.

Podagræ vituperia merito limitanda.

Thesis XLIII.

Morbi acuti aliquando in chronicos, & chronici in acutos mutari possunt.

T A N T U M.




PRÆNOBILISSIMO
ET
DOCTISSIMO
DOMINO CANDIDATO

S. P. D.

P R A E S E S .

Reddo Tibi, quas mihi tradidisti, has Theses Medico-Inaugurales, sub quarum perfectione haud quidquam immutavi & addidi, quo hic labor Tibi soli tribuendus esset, imprimis, cum praeter spem reditum celerem ad patrios lares desiderares, & tempus elaborationi & impressioni Dissertationis necessaria haud suppeteret. Hoc saltem addiderim, Te sub Examinibus svecis Facultatis Medicæ ad interrogata condigne respondisse, eoque ipso probasse, Te annos Academicos non turpi otio transegisse, sed omnem operam in acquirenda scientia medica adhibuisse, ut proinde licentia Tibi concessa, cathedram disputatoriam, more in Academiis recepto, pro summis in arte salutari propediem obtinendis honoribus Doctoralibus, conscendendi. Adsit summus Archiater futuris Tuis conatibus perenni sua gratia, ut prosperum sortiantur eventum! Me quod concernit, jucundissimum mihi erit, si qua in re ostendere possim, quantopere ad quævis officiorum genera Tibi præstanda promptus sum, atque paratus. Vale. Dabam e Museo, die 26. Jun. Anno MDCCLXXVIII.





the scale towards document

Thefis XXXVI.

saluberrimo cum effectu permultis in morbis ad-

Thefis XXXVII.

artana non est Medicorum scandalum.

Thefis XXXVIII.

rium intermittentium tempestiva & rite suscepta
ofa.

Thefis XXXIX.

eræ completæ & perfectæ curationis non dantur

Thefis XL.

scorbuti vel februm scorbuticarum sæpe ad asyla
licorum referenda.

Thefis XLI.

dica Lopezianna præstantissimum est Medicamentum
is colliqvativis.

Thefis XLII.

vituperia merito limitanda.

Thefis XLIII.

cuti aliquando in chronicos, & chronici in acutos

T A N T U M.

